

INSTITUTIONES  
JURIS ECCLESIASTICI  
CLAUDII FLEURY  
PRESBYTERI,  
PRIORIS ARGENTELIAE, ET REGIS CHRI-  
STIANISSIMI A CONFESSORIBUS.  
EDITIO TERTIA VENETA.




VENETIIS,  
Ex Typogr. HEREDIS NICOLAI PEZZANA.

M D C C L X X I X.  
SUPERIORUM FACULTATI.

# PRÆFATIO AUCTORIS.

**S**ubsidio tironum, qui animum ad imbibendam juris Ecclesiastici scientiam adjungunt, destinatum est hoc opusculum, quo istius artis termini explicantur, potioresque regulæ cum rationibus traduntur, ut, perspecta principiorum firmitate, cum faciliter retineantur, tum colubentius observentur. Sunt enim *sacri canones* non ab hominibus excogitati; sed ab Apostolis, divinitus afflatis, eorumque successoribus episcopis, eodem spiritu actis, inde a primis ecclesie incunabulis sanciti, ad conservandam fidem ac disciplinam Jesu Christi; quod ipsum hujus studii objectum est.

H. Quod qui rite suscepimus est, eum ad ipsos fontes recurrere, atque ante omnia devota attentione sacram scripturam inque primis *novum testamentum*; deinceps *veteres canones*, qui principio hujus operis indicantur; denique *recentiores constitutiones*, quibus hodiernus usus addiscitur, perlegere oportet: in quibus postremis pariter cana illa pristinæ discipline sanctitas pellucet, quamvis superiorum temporum ignorantia, affectibus, diversisque humanorum compendiorum consiliis haud parum deformata. Atque ut veteres recentioresque canones recte intelligantur, addiscenda est significatio ter-



# INSTITUTIONUM JURIS ECCLESIASTICI

P A R S P R I M A.

---

## CAPUT PRIMUM.

*De origine Juris Ecclesiastici.*

**T**ribus prioribus scculis ecclesia vix alias leges habuit , quam scripturam veteris & novi Testamenti . Casitas , qua ducebantur Christiani , litibus vix locum fecit , & si quæ nascabantur , illæ per Apostolos , eorumque successores , pios pastores componebantur . Quorum auctoritas mere spiritualis fuit , innixa quippe potestati , quam Christum pastoribus in gregem suum dedit ; cuncti persuasi erant , miraculisqæ & virtutibus , quæ in plerisque pastoribus elucebant , comprobata ; nec ultra suram animorum extensa . In ceteris rebus Christiani principibus & magistratibus obtinuerunt , legum civilium observantissimi .

H. Apostoli episcopis ac presbyteris nonnullis

A 5 ta